flore[n] polon[icorum], post[quam] acceptam et in domum suam impo[r]tatt ratione dotis. Nec non et aliam similem summam Quinquaginta Florenorum Polonicall in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium summarumq[ue] quarumuis pecuniarum nec non auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum Pecorum Pecudum Equorum Equiread, ac totius supellectilis domesticæ nunc habitæ et in post habendæ dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat. Quam quidem medietatem omnium et singulorum Bonorum suorum eadem Consors sua cum omni eorundem Iure Dominio, Proprietate Competentiaq[ue] et Prærogatiua quavis: cumq[ue] omnibus et singulis Utilitatibus, fructibus Proventibus, Redditibus, Commodis Emolumentis, obuentionibus attinentijsq[ue] et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit, illisq[ue] quiete et pacifice utifruetur more ac Iure aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno obseruari solitarum.

G. Dydinskia ab Aresto Recedit 425

Comparens personaliter coram Officio et Actis pr[æsen]t[ibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Præmislien[sibus] Gnosus Ioannes Dydinski sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis qui

busuis

Suis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Subijciendo atque incorporando palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse ab Arresto ex Requisitione Sua Kgntis officiosa, Super Summam pecuniariam Quatuor Millium florenorum Polonicalium. seu aliam maiorem, vel minorem post fata olim Gnosæ Gidzielska Amittæ Suæ derelictæ, in Bonis Gnosorum Humnickich hæreditarijs Villæ Leszczawa Gnosorum Humnickich hæreditarijs et possessionis cuiusuis Iuris Titulo et prætextu ad rentem apud præfatos Gnosos Humnickie existentem eisdem Gnosis Humnickium per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Stanislaum Przygodzki, Vna cum nobilibus iuxta Relationem eiusdem Ministerialis, in Castro Præmisliensi feria Sexta post festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno præsenti Recognitum officiose in bonis Supraseriptis Villa Leszczawa imposito et intimato cuiusmodi Arrestum cassat mortificat et annihilat. Nullumque Robur habere debere declarat, Extraditionemque præfatæ Summæ Quatuor Millium florenorum Polonicalium per prædictos Gnosos Humnickie Admodum Reuerendo Patri Priori ipsiusque Conuentui Præmisliensi Ordinis Prædicatorum Sancti Dominici alijsque Legatarijs faciendam libere admittit hac Sua præsenti personali Recognitione ad præmissa mediante.

\# recedit,